

3. *Quid de Africa Australi memorandum?*

In Abassia sive superiore Æthiopiæ parte magnus *Negus*, quem alii Presbyterum Joannem nulla veri specie appellant, non pauca de regni sui antiquitate Abissini magnificentius quam verius meminisse solent. Regina Saba, quæ Salomonis sapientiam exploratura Hierosolymam contenderat, illic regnasse, postque suum ex urbe Solyma reditum leges ac ceremonias Judaicas introduxisse perhibetur. Novæ porro legis tempore Abissini è Regiæ Candacis Eunucho, quem S. Philippus Apostolus sacro fonte abluit, Christianæ Religionis dogmati imbuti facti. Inde invalescente Eutychetis & Dioscori hæresi, penè omnia pessumvère.

4. *Quinam ceteri Reges Africani?*

Regionem Biledulgerid Rex Taspiletanus, Nigritaniam Tombutanus, Nubiam Dancalanus, extremam Africæ partem Rex Congi & Imperator Monomotapæ sub sua tenet divisione, Sed & Hispaniæ, Lusitanæ, & Angliæ Reges, cum Batarorum Republica ex hac orbis parte sibi suam quisque particulam decerpère,

§. 2.

America.

1. *An prisca etiam temporibus ex hac orbis parte quidquam innotuit?*

Verisimile videtur, Phœnices & Carthagenenses quandam illius habuisse notitiam; tametsi eorum hæc multo admodum illuc pervenerint, cum ob exiguam rei nauticæ peritiam, tum ob iter longissimum, multis periculis impeditum. Plato sapientissimus suis in commentariis de hac orbis parte mentionem ingerit sub nomine magnæ insulæ Atlantis, quam superioribus limitibus circumscribit, atque Asiam & Africam seorsum sumptam; addit deis, hæc insulam iterum evanuisse.

2. *Quid*